



CAROLINAE LIBRÆ  
ROYALIS STOC  
HOLMIENSIS

17318

kat.komis.

I

Maa. St. Dr.

P

am Nicolai Gratitudo.

PANEG. OR VIVAB.

Polem.

4<sup>o</sup>

M. 1060.

C

E

T



# GRATITVDO

*2 V A M*

*Magnifico & Admodum Reuerendo Domino*

D. IACOB O VITELLIO

SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORI

& Professori, Canonico S. Floriani,

Collegij Vladislauiani Prouisori.



*D V M*

In Alma Vniuersitate Academiæ Cracouien.  
RECTORE eiusdem Generalis publicè  
renunciaretur.

*M. JOANNES NICOLAVS GASIEWSKI,  
Coll: Minor. Praeceptoris suo cecinit.*

---

C R A C O V I A E,

Anno 1646. Die 25 Octobris.



# DEDICATIO.

NON Ludouicus ego, Ioannes sim licet, Ecce  
Ludo vices letas non Ludouicus ego.  
Ludo vices letas, & ludens offero latet,  
Latet qui latum Nomen & omen habet.  
Ludo vices letas Tibi mi PRÆCEPTOR amenas  
Quas tecum ludit lata Camena vices.  
Illas illa vices Rector Tibi ludit amenas,  
Quæ de Sincero nomen amore trahunt.  
Scilicet ut viuas longos diuturnus in annos.  
Has ego nunc latet carmine ludo vices.  
Latet Magnifico de Preceptoris Honore  
Carmine quas ludo, carmine reddo vices.  
Plus cupis? Aeschinis ritu me reddo Clientem.  
Me reddens, vanas non ego reddo vices.  
Socratice fuerant hac dulcia munera menti,  
Hac quoq; ne miti mente repelle Precor.  
Suscipias Iacobæ tui Joannis Amorem,  
Et sis Joanni Gratia grata.

P R E C O R.

173181



O. R. BIBLIOTHECA  
UNIV. AGELL.  
CRACOVIENSIS

# GRATITVDO.

PROCEDE FELIX DVX ACADEMIÆ,  
O mens, VITELLI, O Vis mera TULLII;

Es namq; dignus quem ministrae  
Discipulæq; sequantur umbræ.

Procede felix; dignus Apollinis  
Vchi corusco laudis in essedo,  
Quo vel Platonis Dia Vena  
Quo vel Aristotelis triumphat.

Procede felix altius altius  
Non hic quiescat fortior impetus  
Potens tueri sparsa Regni  
Lumina lumine curioso.

Affurge promptum vulgus Apollinis  
En monstro vestris fontibus hospitem  
Et frontibus plenum Minerua  
Nectare Sydereoq; plenum.

Huic liberali nec tremula manu,  
Cum Rex Stagiræ laudis adoream,  
Cum sceptra donauit benignè  
Thessalicum prope cæsa Pindum.

Nunc Rector altæ Sedis, & Arbitr<sup>e</sup>  
RECTORIS illum cinxit adorea  
Latèq; virtutis videndum  
Exposuit populis nitorem.

O quam quietum cuncta silentium  
Rupere nuper? Pennigeri reor  
Mulcent lyras, gaudendo nostris  
Crescere Temporibus IACOBOS.

Magnos IACOBOS, hosq; VITELLIOS  
Pares disertis Numine Tullijs,

Quorum decus claræ nitentem  
Sarmatiæ peragrabit Orbem.

Quos per labores altius altius  
Sinet virescens scandere Gloria.

Quæs nobilis cælo propinquos  
Laus super orbe struet Colosso.

PROCEDE FELIX DVX ACADEMIÆ,  
O mens VITELLI, ô Vis mera TULLII

Procede, Quis nollet sub istis  
Plausibus ingeminare plausus.

Audisne? celsum quanta sub ætherem  
Tibi parantur gaudia, gaudia.

Lyræq; strident, & susurrant  
Cum lituis citharisq; buxi?

Orpheusne nostras rursus adit plagas  
Aut quis suavi Vate suavior,

Vt & Cupressi Te sequantur  
Ceu comites Socijq; montes.

Rursumne Arion mulceret eburneam  
Siticuloso barbiton in mari,

Aucturus hunc nobis triumphum  
Remigibus natitando squamis.

Quis quis canoram barbiton instruis,  
Huic quæso gratam barbiton eleua,  
Cui mallet Orpheus, quam sequaci  
Fundere dulce melos cohorti.

Non

Non mallet? Quis salientibus  
Placerē cantu vult mage cautibus?  
Is qui luporum, quam Bonorum  
Ora Virūm, faciemq; mauult.  
Iam credis ergo? Credito quòd mage  
Orpheūsne amicus Thrax mage Montibus,  
Cum quo fauentes ambulabant  
Ceu Comites Famulue Montes'.  
Et Te sequantur ceū iuga Montium  
Posthac Honorum culmina plurium,  
Ad quæ Labor, Virtus Te & Oris  
Tullius ipse parauit humor.,  
Sequatur IO quicquid ad altius  
Potest Honoris cedere præmium,  
Sequatur IO quod fouendam  
Continuare potest Salutem.

PROCEDE FELIX DVX ACADEMIÆ,  
O mens VITELLI, O Vis mera TVLLII;  
Es namq; dignus quem Camænæ  
Discipulæq; vehant quadrigæ.  
Procede felix, suscipiens tamen.  
Prægrande latus pondus adoreæ  
Hanc dignitatem dignatum.,  
Esse putans citius Parentem.  
Qua sorte Nestor, quaq; alij Viri  
Vsi videbant Secula Secula.,  
Hac vsus & Tu vel coæques  
Nestoris exuperes vel annos'.

Vt mille lætus Solis agas Dies,  
Honore crescens altius altius,  
Non farre placabo, nec horna  
Fruge D<sup>E</sup>M, placido nec Auro.  
Quos ampliori Sors opulentia  
Gazisq; cinxit diutis Indiae,  
Hi fulua prote dent metallia  
Dent Tagicas, Arabumq; merces.  
Ego frequentes Syderibus preces  
Nascente promam Solis origine.  
Nam sumptuosas ex egena  
Traxit opes mihi Numen arca.  
Ego canoram barbiton instruam,  
Vt det coactis eloquium sonis  
Vt læta possit pro triumpho  
Barbitos hæc cecinisse verba.

PROCEDE FELIX DVX ACADEMIÆ,  
O mens VITELLI o Vis mera TVLLI;  
Es namq; dignus quem ministræ  
Discipulæq; vehant Camænæ.

## I O F E L I X .

VIX Tibi R E C T O R veniunt Honores,  
En ego lætum fero primus IO  
Ergo Graiorum Sophe profer IO  
Tu quoq; Prime.  
Cum Patrum Te fert Pater esse Patrem,  
En ego faustum loquor imus IO,  
Ergo Graiorum Sophe profer IO  
Tuq; Secunde.

Cuinq; Doctores Tibi fausta dicunt,  
En ego faustum loquor imus IO,  
Ergo Graiorum Sophe profer IO  
Tertie tuq;.

Cum Sacerdotes Tibi gratulantur,,  
En ego lætum loquor imus IO,  
Ergo Graiorum Sophe profer IO  
Tu quoq; Quarte.

Cumq; Collegæ venerantur vnum,,  
En ego lætum loquor imus IO,  
Ergo Graiorum Sophe profer IO  
Tu quoq; Quinte.

Cum Senatus Te iuuenum Salutat,  
En ego lætum loquor imus IO,  
Ergo Graiorum Sophe profer IO  
Tu quoq; Sexte.

Terna cum Matris Tibi Sceptra dantur,,  
En ego lætum loquor imus IO,  
Ergo Graiorum Sophe profer IO  
Septime Tuq;.

Quinq; post Septem reticebis IO,  
Post Sophos Septem , Sophus esto primus.  
Post Bonos, primus , bonus, Optimusq;  
Esto malorum.

Faustus vt viuas & in hoc honore  
En ego raucum fero primus IO,  
Prime Graiorum Sophe non pigrescas  
Ferre ter IO.

GRA

## G R A T V L A T I O.

Vt comes est umbra semper. Phœbeia lampas  
Rursum Phebeie lampadis umbra Comes:  
Inclyta sic virtus magnum comitatur honorem  
Et sic virtutem concomitatur Honor.  
Hoc in honore probas R E C T O R , nam cinctus honore  
Tu Virtutis Onus, Te comitatur honor.  
Vt felix venias ad plures R E C T O R honores  
Quæ das vota Deo, sint tibi Vota, R O T A.

## A P P R E C A T I O.

A lter & alter honos inuito cum Tibi fertur  
Dicam, fertur honos alter & alter, Onus.  
Alter & alter onus cum dico, fors male dico:  
Parcite Grammatici, dico quod alter Onus.  
Masculi generis vires onus omne reposit,  
Masculi generis sic sit honoris Onus.  
Alter & alter Honos ut non onus, at sit honori,  
Sitq; Tuo decori, do, fero vota Deo.  
Do fero vota Deo plures ut dentur honores  
Hoc precor, & sit honor non onus, ad quid? H O N O S.

## A C C L A M A T I O.

Vt tendis precibus geminas sub Sydera palmas,  
Sic Tua Te virtus Laut super astra V E H A T .  
Vig; colis Musas habitantes Montibus altis,  
Fama Tuum Nomen sic super astra V E H A T .  
Dexteritate Tuâ sicut modo multa virescunt  
Sic Tu Multorum dexteritate

V I R E.

JN STEMMA ALMÆ ACADEMIÆ



Cum Tibi redduntur toties hæc Sceptra VITELLI,  
Redduntur toties hæc duo Sceptra, Cruces.

In Cruce Sceptra manent, retinent onus hoc in honore.  
Rector adest, sed vix non crucifixus adest.


Regia sed res est Regalia sceptra tenere.

Regia, at in Crucibus res habet ista Cruces.

Non mirum, fugiunt quidam quid regia Sceptra.

Namq; graues Sceptri sunt in Honore Cruces.

JOANNES SARTAWSKI  
Eloquentiæ in Coll: Vladislauiano  
Auditor..



Biblioteka Jagiellońska



stdr0009149

